

de appellat., *Scac. de appellat. q. 13. num. 42.*, & 91., & nihilominus appellans poterit sua prosequi appellationem. *Clem. Quamvis rigor. §. quod si Judex de appellat.*

88 Sexto sequitur, quod Judex negligente conformare tutorem, eo non obstante tutor licet non confirmatus, poterit administrare tutelam, *Bartol. in l. quia pater ff. de confirm. tutorum.*

89 Septimo sequitur, quod si Judex negligat expedire causam, quam poterat expedire, sed eam dimittat expediendam successori, tenetur, ac si male expedisset causam, quia negligere, & male expedire ad hunc effectum parificantur, *l. 1. §. sciendum autem est ff. de magist. convenien. & ibi Baldus*, ubi, & *Alberic. notat*, quod Judex tunc negligens, & differens causam in tempus successoris, tenetur de periculo medii temporis. *Amedeus de syndic. num. 77.*, *Gomez. in reg. trionali poss. in epologo casuum negligentia casu 36.*, *Paris de synd. Vers. Negligentia c. 4. num. 71. vers. Judex negligens.*

90 Octavo sequitur, quod Judex requisitus exequi citationem, sibi ab alio Judice transmissam, aut negligens exequi decretum, facit litem suam, & tenetur parti ad interesse, *Carlewat. de jud. lib. 1. tit. 1. d. 2. num. 39.*, *Gratian. discip. for. c. 389. n. 1.*

91 Nono sequitur, quod Judex negligens condemnare victum in expensis, ubi veniret condemnandus, ipse tenetur ex sua substantia expensas omnes refarcire, quia in eo partem laetit, *glos. final. circa mediam de rescript. per. tax. in l. sancimus C. de jud.*, nec recuperabit has expensas a parte victa, quia non tanquam debitum, sed tanquam poenam sui quasi delicti persolvit, *Bald. in eadem l. sancimus*, *Inamol. in l. si quis dolo ff. de re. jud.*, *Amed. de synd. nu. 73. Vers. item scmittunt. condemnare victum in expensis.*

92 Infertur tertio, quod in criminalibus Judex negligens gravi culpa notetur, & condigna poena coerceatur; Unde sequitur primo, quod Judex negligens vindicare crimen privaticarceris, incidit in crimen lese majestatis, *l. 1. C. de privato carcere*

93 Sequitur secundo, quod Judex negligens punire hæreticos in decem libris aureis condemnentur, & exstimationis suae periculum patiatur, *l. 2. §. l. quicumque in fine C. de hæreticis*, immo, & censetur hæreticorum fautor, & excommunicationem incurrit,

ut talis, si requisitus non capiat hæreticos, ac suspectos, & custodiat, juxta dispositionem, *tex. in c. Ut inquisitionis de hæreticis in 6.*, *Tbon. del bene de Immunitat. p. 2. dub. 176. num. 14. 15.*, & *seqq.*, *Smancb. de Cathol. instit. tit. 15. de credentibus nu. 13.*, *Pœnia ad direct. Inquisit. p. 2. q. 53. comment. 78. littera E. Vers. quia verò poena*, *Decian. tract. Crim. lib. 5. c. 51. num. 33.*, *Sanchez. ad decal. lib. 2. c. 10. nu. 12.*, *cum seqq.*, *Barbos. collect. in d. l. quicumque num. 4. 5. 6. C. de hæret.*

94 Sequitur tertio, quod Judex negligens punire stupratores, & monialium corruptores, cingulo privatur, idest officio, punitur in quinque libris auri, idest poenult. *Autb. de Sanctissim. Episcopis.*

95 Sequitur quarto, quod Judex negligens pacem violatam vindicare, tenetur refarcire omne damnum, & injuriam passo, & *Judex de pace tenend. inter subd. in Usib. feud.*

96 Sequitur quinto, quod Judex negligens servare Juramentum, quo juravit in principio officii de non acceptando pecuniam, vel aliud fordidum committere, incidit in crimen publicum, *l. fin. ff. ad legem Juliam de pecul.*

97 Sequitur sexto, quod Judex negligens punire sceleratos, punitur ipse sicuti ipsi scelerati, *l. nulli hæreticorum in fin. C. ne Sancti baptismi iter*, *Paris de Putteo de synd. V. negligentia c. 1. num. 10.*, & *5. nu. 1.*, ubi qualiter probetur negligentia Judicis in capiendis malefactoribus. Hinc si appareret de negligentia Baronorum in capiendis facinorosis hominibus in eorum territoriis, solet Papa, vel Sacra Consulta expedire Commisarios, qui intrent territorium Baronorum negligentium, & capiant in eo facinorosos, *Scacc. de Jud. lib. 1. c. 42. sub num. 12.*

98 Sequitur septimo, quod si negligat Judex accipere querellam, denuntiationem, & accusationem, sibi porrectam, vel si recipit, negligat procedere, examinare testes sibi productos, culpabilis fit, & teneatur in syndicatu, *Amedeus de synd. nu. 71.*, vel si non admisit defensiones, & probationes scripturas, & instrumenta, *Bald. in l. praescriptione c. si contra Jus. vel util. publ.*

99 Sequitur octavo, quod Judex negligens facere restituere furta, vel damnum passo, dum possit, teneatur ipse insolidum, quia presumitur in dolo, & culpa lata, *Bald. in l. l. mancipia C. de servis fugit.*

100 Difficultas autem insurgit, an si pars possit alium Judicem diligentem adire, & non adivit, vel appellare ab hujus negligentia, & non appellavit, aut appellationem deseruit, Judex notetur de negligentia, vel potius ipsi parti imputanda sit negligentia, & quidquid ex ea sequitur, cum potuerit sibi consulere, non tamen consuluit, cui difficultati, *Respondit Bartol. in l. 4. §. si tam vicinum ff. de damno infecto*, quod parti, & non Judici imputanda sit negligentia, quod fortè potest habere locum, si parti innotesceret negligentia Judicis, & tamen eum adivit, quia malè eligens est in culpa, & censetur approbare Judicis negligentiam, & id cedere juri suo favore Judicis, ad tradita per *Petrum Barbosam in l. si filius familias 15. num. 34.*, & *35. ff. de judicis*, ut si non innotesceret parti Judicis negligentia, tunc contra Bartolum verior sustinetur sententia, quæ ponit *Paul. de Castro in cod. §. si tam vicinum*, *Paris de Synd. Vers. negligentia c. 4. nu. 4.*, *Farrinac. q. 111. num. 427.*, *Leoncil. decis. Ferraria 19. num. 4.*, *Amed. de synd. nu. 80. ad fin.*, eo quia negligentia partis non debet prodesse Judici, neque ex negligentia partis fit, quin Judex revera non fuerit negligens, & per suam negligentiam non gravaverit partem, tùm quia pars non tenetur appellare, quasi novum onus subire, & novum gravamen pati; licet possit; igitur pars non erit negligens negligentia culpabili, quæ solum habet locum, ubi præcedit obligatio; Judex verò tenebatur officio suo fungi; prout de jure, quare contra suam obligationem, negligendo culpabilis est.

101 Tum quia non appellando, aut appellationem deserendo, operatur solum favore partis victoris, non verò favore Judicis negligentis, ut solidè contra Bartol. resolvit *Petrus Barbosa in d. l. si filius familias 15. num. 29. usque ad 33. ff. de Judicis.*

102 Sententiam Bartoli, sequitur *Gramat. conf. 54. num. 9.*, ubi utitur hac distinctione, scilicet, Judex negligens tenetur, quædo ex sua negligentia perit Jus partis; secus si Jus partis non pereat, ut quando per recursum; vel per appellationem potest Jus suum consequi, debet etiam pars tunc sibi imputare, si dimittat; allegat ad hoc *Bald. in l. si quando invidios. num. 6.*, & *7. C. de restituendis*, qui tamen solum dicit, tunc Judicem tenei ad interesse totale, quando Jus partis

in totum perit, vel in aliquo tantum, si in aliquo lædit, quod *Gramat.* sententiam non firmat, ut consideranti patet, non enim Baldus considerat casum, quo pars potuit ad alium recurrere, aut appellare, & non recurrit, nec appellavit; deinde dictum Baldi potius stat pro adversa sententia, quæ ponit partem fuisse damnificatam, & læsâ ex Judicis negligentia; idèdque Judicem parti læsè teneri; quod autem Jus parti pereat, vel non, hoc solum importat respectum ad partem victricem, ut supra notatum est cû *Petro Barbosa* quia si jus partis perit, non habet remedium ulterius contra partem victricem, si non perit, tunc habet remediū, sed quantum est ex parte Judicis, per suam negligentiam præjudicium, & læsionem intulit pacti, & idèd, quantum damnum intulit, in tantum tenetur; Et tandem obfervo, quod neque *Gramat.* affert illam distinctionem applicatam casui nostro, scilicet negligentia Judicis, sed applicatam casui, quod Judex positivè judicavit, & causam expedivit, sed contra jura, adducendo scilicet Reum ad concordandum pro delicto, non citato accusatore, nec pro ejus jure concordato, nec reservato, licet in hoc casu, per *Bartol. dicto §. si tam vicinum nu. 1.*, *Gramat.* sententia impugnetur, nec mirum si *Gramat.* id scripsit, quia scribebat in causa propria, nam contra ipsum, tanquam contra Judicem, qui malè judicasset porrecta fuerat quærella, undè in sui defensionè sibi licere creditur, quamcumque sententiam quoquo modo in sui favorem facientem allegare.

103 Sed videndum est, utrum *tex. in l. 4. §. si tam vicinum ff. de damno infecto*, primam sententiam probet, ad quam allegatur; sed *glos. in eo §. in Vers. potuit*, interpretatur, id est debuit, quia propter vicinitatem majoris Magistratus, vel cessavit jurisdictio minoris, qui fuit aditus, vel faltem cessavit obligatio in minori Judice se intromittendi, & cognoscendi de causis, de quibus obligabatur cognoscere absente Magistratu majori; idèdque si fuit aditus, & neglexit, non est in culpa, quia non tenebatur, non enim negligentia incurritur, ubi non est obligatio faciendi, ut supra toties ostensum est, & ita post *glos.* intelligunt *textum Albericus*, *Paul. de Castro*, & in nostris terminis *Bald. ibi num. 1.*, *Paris de Putteo de Synd. Vers. negligent.*

104 Super est videre in quas poenas incidat Judex negligens iuxta prædicta, & quidem à natura ipsa videtur sibi imposita poena verecundia, & erubescencia, ut ait Bartol. in l. 1. num. 5. C. quomodo, & quando Judex sent. prof. debet, est enim sibi verecundia, si non facit, quod debet, & de hoc loquitur, l. Quinto ff. mandat. l. pecunie ff. de alim., & cib. leg. Verum quia nonnulli, vel ex inadvertentia, vel ex foecordia, vel peccandi consuetudine non verecundantur, ideò legales poenas percurramus; quas esse iudici arbitrarias prò regula ponit Menoch. de Arbitrar. Judic. casu 341.

105 Prima poena, quæ à Lege infligitur contra Judices negligentes, est, quod Judex negligens in casu gravi, & enormi priyatur officio, & alius ejus loco substituitur, si officium non sit perpetuum, l. fin. ff. de custodia reorum, l. si quos C. de off. præl. prætoris orient., ubi Barbosa plures allegat, Farinac. quest. 111. num. 422., & 425., Menoch. de arbit. Judic. casu 341. num. 5., si verò officium sit perpetuum, tunc non deponitur, nisi delictum sit tale, pro quo veniat deponendus, Bald. in l. mancipia num. 5. C. de servis fugit., & concordat tex. in c. cum ad monasterium §. tales autem, ubi glos. in V. negligentes, plures allegans tex. concordantes de statu Monachorum, Menoch. de arb. Judic. casu 341. num. 5., & facit, tex. in c. grandi de supplen. negl. Prælat. in 6., Paris de Synd. Vers. negligentia c. 2., & c. 5. num. 5. 7., vel si gravis, & damnosa, vel de reipub. sit negligentia, interdicitur eidem administratis, & datur eidem coadiutor, ut de Episcopo inutili, tex. est in c. petisti 7. e. 1., ut de Rege Portugalia, in c. grandi, ubi latè Barbof. de supplen. negl. Prælat.

106 Limita tamen, si semel tantum fuit negligens, tunc non remouetur, nisi esse magnum delictum, Jacob. de Bellovit. præct. iudic. rub. de fug. reorum num. 72.

107 Secunda Poena est, quod Judex negligens amittit salariam correspondens tempori, quo fuit negligens, & de officiali negligente in exactione tributorum, est tex. in l. Judices C. de ann. trib. lib. x., ubi Lucas de Penna, nam qui negligit, negligendus est, c. Quem penitet. de Penit. d. 1., Penna in l. si diutius nu. 5. C. de numerariis lib. xii., Farinac. d. q. 111. n. 417., Paris de Synd. in Vers. negligentia c. 4. num. 5.

108 Tertia Poena est, qui venit puniendus eadem poena, quo ipse delinquens, qui propter Judicis negligentiam deliquit, l. 1. C. Christianorum C. de paganis, l. nulli hæreticorum in fin. C. ne Sanctum Baptisma iteretur, Paris de Synd. Vers. negligentia c. 1. num. 10., Penna in l. si quis num. 17. C. de naufrag. lib. 11.

109 Quarta Poena est, quod propter Judicis negligentiam post tempus à jure statutum, & post monitiones prærequisitas juxta superius notata, causa devolvatur ad Superiorem, ut latè supra discursum est, & de negligentia in communi, ubi quid requiratur ut Jurisdictio devolvatur, glos. in l. 1. C. de Jurisdict. devolut.

110 Quinta Poena est, quod propter Judicis negligentiam Superior, potest causam sibi avocare, quod ostendit, Scaccia de Judiciis lib. 1. c. 66. num. 12., & de appellat. q. 5. num. 280., & q. 17. ampliatur. 16. nu. 55., ubi quod signatura non soleat avocare causas à Judicibus, nisi prius præfixo illi termino quatuor mensium, in quo causam expediat, alioquin avocatur.

111 Sexta Poena est, quod Judex negligens tenetur damna parti, vel partibus resarcire, quæ passæ sunt ex ejus negligentia, unde si Jus partis perit in totum, tenetur ad totum, si perit in parte, tenetur ad partem, glos. in c. quoniam contra de prob., Bald. in l. si quando C. de Testibus, Paris de Synd. Vers. negligentia c. 3. num. 2., Sylvest. V. Judex. l. nu. 17., Borel. de compromiss. §. 4. glos. 6. num. 16. 17., & 24.

112 Ita pariter si Judex det tutorem minus idoneum, vel admittat fidejussorem in iudicio minus idoneum, ipse Judex tenetur in subsidium, id est excusis prius tutoribus, & fidejussoribus, l. Adversus nominatorem c. sequenti C. de magistr. conven., evitabit tamen poenam, si tutor, aut fidejussor erant idonei de tempore dationis, aut de tempore finiti officii, ne Judex redarguatur, l. in magistratus C. eodem.

113 Septima Poena, quod Judex negligens punire facientes monopoliâ puniatur poena quinquaginta librarum aurei, l. Unica ad finem C. de monopolis, Farinac. fragment. crim. p. 2. littera M. num. 284.

114 Hic unum omittere non possum, nempe Judices, qui negligunt defendere humiliores ab oppressionibus, & injuriis nobilium, graviter notantur, & damna humilioribus tenentur resarcire, ut est tex. expressus in l. illi.

illicitas §. ne potentiores ff. de off. Præsid., sed utinam Judices non respicerent personas hominum, nam iudicium non debet claudicare, c. novit de jud., c. cum inter de except.

115 Verum post Ovidium declamat, Tiraquell. de nobilitate c. 3. num. 20., quod curia pauperibus clausa est, & Judices non vindicantes oppressum novissimis suppliciiis subdi præcipitur, in Autb. ut differentes Judices audire &c., ab Episcopis cogantur, c. 1. ad fin.

116 Et si Judex inferior excusationem in præptu habeat, se non vindicare humiles ab oppressionibus potentiorum, nimis insolentium, tum quia non potest, tum quia graviora mala, sibi, & pauperibus pertimescit, juxta notata per Trulench. ad Decalog. lib. 7. c. 13. dub. 3. num. 7., remedium datum, in l. 2. ff. de off. Rectoris Provincia, ibi, (Si quis potentior existit insolentior, si Præsides vindicare non possunt, ad nos referant, ut provideatur publicæ disciplinæ, & tenuioribus consulatur) deferant ergo Judices causam ad supremum Principem, & dirigant saltem consilio, quantum valent, præ oculis habentes, quod divinæ virtutis est, eripere inopem de manu fortiorum, & pauperem à diripientibus eum, Psal. 34., alioquin timor Judicem non excusat, quia potius debet officium non acceptare, quam negligere vindicare pauperem ab oppressionibus, Sylvest. Vers. Judex 1. num. 17. in fine, & utinam nemo obliviscatur illud, Ecclesiastici c. 7., Noli querere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.) ideò Sylvester Vers. culpa quest. 4. post Panormit. notat, quod, qui non quæsit officium Judicis, sed tantum sibi à Superiore impositum acceptavit, non tenetur de culpa levi, sed tantum de dolo, & culpa lata, Valer. de differentiis utriusque fori Vers. damnum differ. 1. num. 7. Vers. Prædictam autem limitationem.

117 Utrum verò Judex negligens faciat litem suam, absolutè affirmant plures allegati, per Farinac. quest. 111. num. 398., sed melius distinguit, Paris de Synd. Vers. negligentia cap. 2. num. 3. Vers. Judex., qui negligit, Farinac. supra num. 403., & num. 404., Bossius infra citand.; quod, vel ne-

gligentia est dolosa, puta dolosè ex industria omisit, & neglexit causæ expeditionem, ut uni parti obisset, alteri faveret, tunc faciat litem suam; unde hoc casu tenetur ad omnia, ac si ipse fuisset condemnatus in propria causa, pro ut explicat, Petr. Barbofa in l. si filius familias num. 7. ff. de jud., & est satis bonus, tex. in c. 1. §. Judices de pace tenenda in usibus feudorum; Ubi quod qui justitiam facere neglexerunt, damnum omne injuriam passo resarcire compelluntur, ut autem damnum omne resarciatur, debet Judex, & id, de quo est lis, & expensas, & interesse resarcere, quia in iis omnibus pars est injuriam passa ex judicis negligentia, Amed. de Synd. nu. 83., per tex. in l. si quis in conscribendo in fine ex l. ex maleficiis §. si Judex ff. de act., & obligat., l. fin. ff. de var., & extraord. cogn., glos. in c. cum sit generale in Vers. Remissi de foro compet., Ludovic. de Montalto in reprobat sententiæ Pilati art. 6. num. 70. in vol. 12. tractatum; si verò negligentia non est dolosa, sed simplex, tunc aliter punitur, nec facit litem suam, Ludovic. Roman. in l. 4. §. in eum ff. de damno infecto, & faciunt dicta, per Barbofam in l. si filius familias 15. num. 20. & seqq. ff. de judiciis, tunc autem solum tenebitur ad interesse, Bartol. in l. 1. num. 6. c. quomodo, & quando Judex sententiam prof. deb., Alberic. in l. 4. §. in eum ff. de damno infecto, eo quia dolus præsumptus in omitendo mitius debet puniri, ad dolus in committendo, quam Bartol. sententiam absolutè conatur sustinere, Petrus Barbofa in d. l. si filius familias num. 64., & seqq., ubi nu. 68., quod tenebitur quidem parti damnū resarcire per actiones in jure expressas, non autem facit litem suam, Bartol. iterum in l. fin. ad finem ff. de variis, & extraord. cognit., ac per hoc assignant differentiam inter malè judicantem, vel per dolum, vel per imperitiam, quod hic faciat litem suam, quia est dolus in committendo, & non judicantem ex negligentia, qui tantum ad interesse teneatur, sicque dolus in omitendo mitius puniatur, tamen Bossius tit. de official. corrupt. sub num. 24., arbitrio judicis desert, ubi quod Judex negligens tenebitur in quantum iudici videtur æquum, & sic interdum ad omnem litem æstimationem, interdum ad merum interesse, & interdum ad nihilum, licet ipse instat in